Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Revelaverat enim sibi dominus ad
ventum meum. Navigantibus
autem nobis ad predictam insu
lam occurrerunt obviam
nobis sicut examen apium
ex diversis habitaculis fratres.
Erat enim habitatio eorum spar
sa, tamen unanimiter illis
et conversatio in spe et in fide
et caritate una refectio. Ad o
pus dei una in ecclesia perficie
bant. Nichil aliud cibi mi
nistrabatur nisi poma et
nuces atque radices et cetera
genera herbarum. Fratres post com
pletorium in proprias singuli
cellulas ibant pausare
atque ad gallorum cantus seu
pulsum campane. Pernoctan
tibus nobis et perambulantibus
totam insulam, duxit me filio
lus meus ad litus maris con
tra occidentem, ubi erat na
vicula, et dixit mihi: Pater as
cende in navem et navi
gemus contra occidentem ad
insulam que dicitur terra repro
missionis sanctorum, quam deus da
turus est successoribus nostris
in novissimo tempore. As
cendentibus nobis et navi
gantibus nebule ceperunt
fieri undique in tantum ut
vix potuissemus puppim
aut proram carine vel
navicule aspicere. Transac
to vero quasi unius hore spatio
circumfulsit nos lux in
gens et apparuit terra spe
ciosa et herbosa pomife
rosaque valde. Cumque ste
tisset navis ad litus, as
cendimus et cepimus ire et per
ambulare per xv dies per
illam insulam et non potu
imus finem ipsius invenire. Ni
chil vidimus sine flore et P'hbe
arborem sine fructu. Lapi
des enim ipsius preciosi ge
neris sunt. Porro xv die
invenimus fluvium vergen
tem ab orientali parte ad oc